namomo, passulis minoribus, amygdal. & croco legis arte, & ea instruxit mensam.

§. VI.

Hoc animal aspectu horribile & terribile ob acutos & longos dentes, *quibus omnia perforat quicquid invenit, arbores excavat, ac & ferreo instrumento quam artificiose esset factum, & quum aliud animal aut hominem iis arripit ac comprehendit, non acquiescit donec dentes residant ac ossa confracta sunt, quapropter huic animali infesto dentium causa non fidendum: ventriculus uti supra fuit dictum amplum & ingens continet spatium.*

Additamentum Franci.

Adspectu non admodum horribile, ast natura ferum mordax & iracundum est, ut nullo modo cicuretur, quamvis nonnulli cicuratos instar felium domesticorum vidisse dicant. Hinc difficile & non nisi omni studio trisulca caudæ patenti injecta capiuntur, & coerceri possunt, vel saltim manu,

ast

aſt ut expeditus ſit conſulo, arripitur, qui huc illucve, cum ſe reflectere nequeat circum duci poteſt: vel à canibus veſtigatoribus intra plagas coguntur, ceu A. *Zvvikerus* modo dictus perhibet.

Timidum ſimul eſt animal, & non longe à domicilio imprimis tempore hiberno & nocturno cum omnia ſunt tranquilla ad capiendum pabulum, ſecedit; ratio antem timiditatis eſſe poteſt, vel *cor magnum*, quod habet; vel quod magis credendum ſanguis particulis ☿eis & fixis abundans in culpa eſt.

§. VII.

Infra poſteriores pedes duæ crumenæ vel folliculi conſpiciuntur ac prominent, quorum unus alteri major, ex quibus nonnunquam factæ venæ ruptione liquor melleus emanat ac effluit, quem caſtor *ipſe lambit, taleſq; folliculi in maribus pariter ac fæminis conſpiciuntur, uno loco inſiti, ovi anſerini magnitudinem referentes, & hi caſtoreum, & abuſive teſtes ſive teſticuli vocantur.*

Licet enim in maribus penis & fæminis vulva infra duas has crumenas reperiantur ac pen-

deant